

rem finaliter ordinatur, & ipso incomparabiliter in ferior esse censetur: sic rerum creaturarum scientia, ad sapientiam istam diuinorum contemplatiuam, tanquam ad finem referatur, ac ea valde inferior perhibetur. Dignitas equidem, excellentia, nobilitasq; sapientie atque scientie, in modo ex parte pensant obiecti. Tertio, sapientia ista laudatur, & ceteris pre fulget humanis scientijs, ac sapientie naturali, ratio ne sui decoris: quoniam nihil falsitatis, nihil erroris ei admixtum est, sicut illis. Quamuis enim subtiliores, ac meliores Philosophi multa vera de Deo, de substantijs separatis, de sphaeris, elementis, hominibus, creaturisq; ceteris sint loquuti, in multis nihilominus circa hec errauerunt, sicut, & infra patebit. Naturale equidem lumen vehementer est defectuolum, sed supernaturale lumen est lymphidum, erroris falsitatisq; exclusiuum. ¶ Quarto, sapientia ista ceteris rite praefertur certitudine, & autoritate, utpote cui nec falsitas, nec ambiguitas, potest subesse, cum increata veritati, ac supernaturali indeuabili luminari innitatur, loquendo de doctrina scripturae canonice. Hinc ad Galatas disseruit Paulus: Licet nos, aut Angelus de celo euangelizet vobis praeterquam eum gelizauimus vobis, anathema sit. ¶ Quinto, sapientia ista commedatur, & praefulget ratione suae fructuositatis: quae talis ac tanta est, vt exprimi plenè non valear. Haec quippe sapientia de supernaturalibus beneficijs, ac munificentijs Dei nos instruit, & de omni charitate, pietate ac gratia eius ad nos, de supernaturali beatitudine, ad quam cõditum sumus ab illo, de modo, ac medijs pertingendi ad illam. Docet quoque nos agnoscere nosmetipsos, culpas, negligetias ingratiuitatis, insipientias nostras, atq; pericula, quibus expositi sumus. Docet demum qualiter debeat munus aduerfarijs nostrae salutis resistere, in omni gratia, & virtute proficere: & diuino nos attendit amore, potat, & reficit, & in omni aduersitate nos consolatur. Facit nos efficaces ad consulendum, & facereendum proximis nostris, estq; saluberrimum, ac splendidissimum nostrarum speculum animarum. Idcirco ad Timotheum scripsit Apostolus: Omnis scriptura diuinitus inspirata, utilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in iustitia, ut perfectus sit homo, ad omne opus bonum instructus. Salomon quoq;: Omnis, inquit, sermo Dei ignitus, clypeus est omnibus sperantibus in se. Itemq;: Mandatum lucerna est, & lex lux, & via vitae increpatio disciplina. Rursus, de hac saluberrima fructuositate, efficacia, directione, & efficentia sapientiae huius, in libris sapientialibus multa scribitur, vt est illud: Primi, & purissimi fructus eius. Et quod ibidem Paulus ost monetur: Posside sapientiam, posside prudentiam, & proteget te. Atripe sapientiam, & exaltabit te. Glorificaberis, cum eam fueris amplexatus. Dabit capiti tuo augmenta gratiarum, & corona inclyta proteget te. Hinc ait Gregorius: Sacra scriptura oculis mentis, quasi speculum quoddam opponitur, vt in ea interna nostra facies videatur. Ibi enim foeda, ibi pulchra nostra cognoscimus: ibi sentimus quantum proficimus, & quantum a profectu seu perfectione distamus. O quam salubre est hoc speculum intueri, propter, quod hortatur Hieronymus: Verere lectione diuina vice speculi, foeda corrigendo, pulchra conseruando, & pulchriora agendo. Hinc denno dixit Gregorius: Omnem scientiam, & doctrinam, sacra scriptura transcendit, quod vera praedicat, quod ad patriam celestem inuitat, quod a terrenis desiderijs lenentis cor renouat, & dictis obsecrationibus fortes

exercet, & paruulis humili sermone blanditur. Nec sic clausa est, vt pauca debet: neq; sic pateat, vt uile scatur, sed vlt tollit fastidium, & tanto plus diligitur, quanto amplius meditatur. ¶ Sexto, sapientia ista laudatur a sua excellenti dulcedine. Habet autem, & naturalis sapientia quandam suauitatem. Imò ut ait philosophus, Philosophia admirabiles delectationes habet sibi admixtas. Qui rursus fateatur, qd uir cõtemplatiuus non querit extra se in rebus uilibus delectari, qm̄ intra se iucundis theorematibus plenus est. Delectatio naque confurgit ex unione potentiae ad obiectum conueniens. idcirco ex unione potentiae intellectiuae per actum sapientiae cum summo, & incommutabili bono, delectatio oritur. Verum huius supernaturalis sapientiae multo copiosior est dulcedo, atque in eius actu delectatio consistit subtilior: sicut & sapientia ista pleniorum de Deo praefat notitiam, eiusq; charitatem, misericordiam, munificentiam, beneficia, & promissa clarius nobis ostendit. Ideo ait Hugo: Nihil in hac vita dulcius sentitur, nihil aliud sumitur, nihil mentem ab amore mundi sic separatur, nihil aium cõtra tenationes sic roboratur, nihil hominem sic excitat, & adiunat ad omnem opus bonum, ac salubre labore, vt studium sacrae scripturae. Sicq; sapientia ista facit oblectamenta alpernari carnalia. Appetit equidè homo naturaliter delectari uicium, qd spiritalis delectationes non querit nec experitur, in carnalibus delectari molit. Propterea hortatur Hieronymus: Ama studia scripturarum, & carnis uitia non amabis. sint diuinae scripturae semp in manibus, & mente iugiter reuoluant, studendo obdormis, & cadentem ex somno faciem pagina sancta suscipiat. Hinc fat Chrysolomus: Geminum cõserto dum lectio scripturarum, ga erudit intellectum, atque a uanitatibus carnalitatibusque abstractum ad Dei amore pducit hominè. In his scripturae pconijs & de situitatibus eius, pulchre loquit Damascenus li. 4. Pulsemus, inq; optimum paradysum scripturarum, qd odoriferus, qd dulcissimus, qd speciosissimus, qd omnimode intellectualium desiderarum uolucrum caules circumfunderat aures nostras demulcet: qui rãgit cor nostrum, & cõtristatur cõsolatur, mentem nostrã facit ascendere ad pclaras, & insolat auri fulgidas theorias. Haurimus ex huius paradisi fonte penes, atq; purissimas aquas salientes in uitã eternam, & insatiabiliter uoluptuemur in eo, in consumpibili lè. n. possidet gratiã. De hac amenitate, & iucunditate sapientiae, scriptum est in Sapientia, Sapientia erit allocutio cognitionis, & tãdij mei. Intrã in domum meã, cõquiescã cum illa: non. n. hët amaritudinẽ cõuersatio eius, nec tedium cõuictus illius, sed gaudiũ & letitiã. ¶ Septimo, collaudatur, & praefulget rone opulentiae, ac sufficientiae suae: ob quas praecunãtis trãstorsijs, & terrenis incõparabiliter est optanda, qrenda & conseruanda. Hinc Sapientia ait amator: Praeposui illã regnis, & sedibus, & diuitias nihil esse dixi in cõparatione illius. Sup salutes, & specie dilexi illã. Venerunt autẽ mihi oia bona simul cum illã. Et si diuitiã appetunt, qd sapientia locupletius: Vn in p uerbis fert: Sapientia lignum uitae est his, qd apprehederunt eã, & qui tenuerit eã, beatus. Longitudo dierum in dextera eius, & in sinistra eius diuitiã, & gloria. Hinc lib. quarto Damascenus: Optimum, inq; & uilissimum est inuestigare diuinas scripturas. Sicut. n. ligum secus decursus aquarum platatum, ita & aia diuinis irrigata scripturis, impinguat, & fructum tẽporaneum tribuit, & superiuentibus folijs, id est, acceptabilibus deo actionibus, decorat. Ad actionẽ. n. uirtuosã, & immo culaã contemplationẽ,

6
Aristote.
Hugo.
Hierony.
Chrysol.
Damasc.
Ioan. 4.
Sapient. 8.
7
Sapient. 7.
Prou. 3.
Psal. 1.
Ierem. 17.